cut qui iurat cum ille non intendat  
fallere sic qui iurat. nec intendat  
mendaciose per nomen dei testimonium  
eius inducere non tamen est a peccato  
immunis **Q**uia ut dicitur. b. d. u. e.  
sup. iij. dis. xxxix. **Q**uamvis talis  
non contemnat veritatem ex cer-  
ta scientia adducendo eam in testi-  
monium falsitatis contemnit tamen  
ex ipsa temeritate. adeo enim no-  
men dei terribile est et venerabile

## Secūdum

## Præceptū

q̄ nullus deb; ip̄m in testē assu-  
mere nisi nouerit quid loq̄tur.  
a sit certus de ueritate dicti sui.  
nā ignorācia non excusat in to-  
g to in tali iuramēto. **O**ctauo  
periurat quis qui iurat falsum  
deliberās de dicto sed nō de iura-  
mēto. Et sic forte pōt cōtingere  
q̄ hō periuret sine peccato mōz  
li tñ ad minus est uiale gros-  
sum a peiculosū a multū appo-  
pinquat ad mōzle peccm. Nono  
cōtingit aliquem iurare qui nec  
deliberat de dicto nec de iuramēto.  
sed totum profert ex quadam  
surrepcone non ex consuetudi-  
ne ul habitu. siue quādo iurat  
in cōmuni s̄mone. nō attendēs  
quem inuocat a ad quid sed ex  
quadam surrepcone iurat. a sic  
non peccat mortaliter sed uenī-  
aliter. min⁹ tamen q̄ ille q̄ deli-  
berat de dicto non de iuramento  
Quod enī ex surrepcone proce-  
dit perfecte uoluntariū non est  
Ad hoc aut q̄ quis peccet mōz-  
liter req̄ritur q̄ suū peccatū sit  
plene uoluntariū directe ul in-  
terp̄tatiue quod additur ut in  
h .ij. patuit. **Q**uāte uero gra-  
uitatis sit. piuriū quo ad .ij.  
patet p̄ s̄ctū thō. ubi prius et  
quo dlib; .i. q. ix. ar. ij. ex quibz  
Tū q̄ in se grau⁹ est q̄ homici-  
dium s̄m thō. Tū q̄ diuini no-  
minis quedā abnegacō. Tū q̄  
dei in suo noie infamacō. Tū q̄

## Capitulū

## Secundū

ab ecclia grauiter piuntur. Tum  
etiā q̄ a gētibz horredū cēlet  
oia p̄ter quartū patet p̄ thō.  
in quodlib; ubi prius ubi sic  
dicit aplūs dic̄ ad heb. vi. Ho-  
mines p̄ maiores sui iurat a oī  
cōtrauerſie eoz finis ad oſirma-  
cōem est iuramētū. Fruſtra aut  
in causa hōicidij cōtrauerſie finis  
esset iuramentū si hōicidū gra-  
uius esset q̄ piuriū. p̄sumere-  
tur enim q̄ qui maiorē culpā  
homicidij cōmisit nō ueretur  
minorē piurij incurere. unde  
ex hoc ipso q̄ in causa cuiuslibz  
peccā defertur iuramēto manife-  
ste oñditur q̄ piuriū p̄ maior  
peccō debet haberi. nec inuito.  
quia piurare nomen dei uide-  
tur quedā dīmi nois denegacō.  
vñ secūdū locū post ydolatriā  
peccm piurij tenet ut ex ordīne  
preceptorū patet. **S** a apud gēti-  
les iuradum erat honoratissi-  
mū ut dicit in p̄ncipio metha-  
phice. Itē s̄m bern. nec deus nec  
homo pōt disp̄sare i p̄ceptis p̄  
me tabule. s̄ piuriū ē oītra p̄cep-  
tū p̄ me tabule. hōicidū aut cō-  
tra p̄ceptū secunde tabule. non  
occides cū q̄ deus ul hō pōt dis-  
p̄sare. ergo piuriū ē grau⁹ hōmi-  
cidio. Itē piuriū ex obiecto est  
peccatum in deum. homicidū  
ex obiecto in proximum. **S** ex  
obiecto attēditur grūitas pec-  
cati p̄ncipalit̄ ergo ac. **Q**d aut



Secundum Preceptum

homicidiū graui⁹ piatur in ec-  
 cleſia. racō eſt qz graui⁹ nocu-  
 mentū inter dū hoibz imminet  
 etiam ex minoi culpa. ſcōm iū-  
 ditiū tñ dei mai⁹ peccatum gr̄  
 u⁹ punitur. hxc thō. Rich. te-  
 net qz homicidiū ſit graui⁹ p-  
 iurio qz cōtra caritatē q̄ proxi-  
 mus eſt diligēdus. periurium  
 vzo eſt cōn virtutem latre p-  
 iurus enim iurat vtz qd falſū  
 eſt. Quartū qz ecclā graui⁹ ter  
 punit peririū patz qz periu-  
 rus debz agere penitētiā. vii.  
 annis. xij. q. i. predicādū. Et  
 hoſtien. dic. li. ij. qz piur⁹ quā-  
 tūcumqz agat penitentiā teſti-  
 ficari non pōt. Quāuis ali⁹ peni-  
 tentes licz fuerit criminoli pōſ-  
 ſint teſtificari. intellige quādo  
 ſemel otra peririū probatum  
 eſt. racō dicti eſt qz alias nimis  
 piuriū fierz. Et qz ipm iuramē-  
 tum eſt de ſe ſubſtantia teſtio-  
 nij. Infamis eſt periurus iura-  
 mento promiſſio. quādo piur-  
 rat ſolemnit. qz qñ p tali pūio  
 fertur cōn eum ſentētia diffini-  
 tiā in cā accuſacōnis ac. Ad  
 deteſtacōem piurij faciūt qua-  
 tuor alia. Primo qz peior eſt  
 qdām odo dyabolo. qz demon-  
 res ſacras timz qz quaſi vretur.  
 demones enī credūt qz cōtremi-  
 ſcūt iac. ij. qz philip. ij. In noie  
 ihu omne genu ſlectatur cele-  
 ſtū. terreſtrū qz infernoz piur-

Capitulum Secundum

rus vzo nomē dī ſac̄tiſſimum  
 nō reueretur. Secūdo piurās  
 quodām odo peior eſt ſure qz  
 periurans. fur. qz ſacrilegus eē  
 videtur. Sacrilegus enī eſt q̄  
 rē ſacrā ſuatur inuito dño. ſic  
 periurās prohibēte dō: non af-  
 ſumes nomē dī tui inuanum. qz  
 ſacrilegiū quodām o cōmittit  
 Terco piurus qñ falſarius eſt.  
 ſi qz ſigillū alicui⁹ dñi ad cō-  
 firmādū aliquā veritatē ſibi cō-  
 miſſam iſerz ad aliqz ſfirmā-  
 dū falſum: ipē falſari⁹ iudicā-  
 tur. Et ſi hoc facerz de ſigillo  
 pape de facto eſt excomunica-  
 tus. Sic cum dēy pmiſcit hoī-  
 bus ut aſſumāt nomen ſuū ad  
 ſfirmacōem veritatis. Si vtā-  
 tur nomine eius ad ſfirmacō-  
 nez falſitatis. falſarij ſunt quo  
 ad dēū qz excomunicati iſta ex-  
 comūnicacōe qua dicit apl⁹  
 i. cōrn. xv. Si qz non amat  
 dominū ihm anathema ſit. Rī-  
 to qz illicite iurat quaſi laqueū  
 ad collū ſuum pōnit ſcōz illud  
 pū. vi. Illaqueatus es vr̄bis  
 oris tui qz capt⁹ p̄prijs ſermo-  
 nibz. Iuramētum aut trāſgredi-  
 ens quaſi ſe p̄prijs manib⁹ in  
 aīa iugulat. ppter hxc pericula  
 dicit ſcriptura. Eccl. xxij. Viz  
 multum iurās replebit iniquita-  
 te qz nō diſcedet a domo ei⁹ pla-  
 ga. Et p̄s. Quis aſcendz in mō-  
 tem domini. i. eſt in celum. Et

sequitur Qui non iuravit in dolo proximo suo. ergo a sensu otario. dolo se iuras non ascendet sed descendet in infernum. Et ecci. xxij. Juracōi nō assuescat os tuū. multi enim sunt casus in illa.

**R**emedia ergo contra piurium quisque sibi debet adhibere primum assuetus perjurare. primo ut non diffidat quia cum proprio conatu et dei gratia hoc vitium possit eradicare. Exemplum novum militem in piurijs assuetissimum. tandem opunctum per sermones qui cum dediscere non valeret pericula. tandem sibi inflixit totiens a carnibus una die abstinere quoties perjurium faceret et fecit licet in curia foret magni principis et plene sanatus est. Audiu de quodam alio qui quoties iuravit gutta sui sanguinis per puncturam de corpore extorsit. potest quis toties quoties iurat si dives est denarium in elemosinam dare alias non dandum. vel si pauper est aliquid orare. Secundo debet quilibet in animo statuere potius velle emolumento corporali carere quam in consuetudine perjurii perseverare sicut in illud christi matth. xvi. Quid perderit homo si universum mundum lucratur anime vero sue detrimentum patiatur. et sic tandem habitum malum deponet et lucrum temporale habere poterit. Exemplum cesarii in dialogo. duo colones mer-

catores ad quendam confessorum venerunt de habitu piuradi conquerentes. quibus persuasit. ut per annum venderent sine iuramento. fecerunt et anno evoluta ad confessorum redeunt. se dixerunt valde de pauperibus. eo quod sine iuramento nullus eis credere vellet quibus confessor secundo persuasit de monis illud esse negotium nec curandum. sed secundo anno coeptum continuare quod cum facerent maiorem fidem homines in ipsis sine iuramentis habentes quam antea. eos multum ditaverunt. Tercio inspicenda sunt testimonia paganorum iuramenta in maxima reverentia habentium et sine iuramento verba eorum tam firma tenuisse ut eis crederetur. Exemplum in methaphisice ut super. Item in vitisphora. Solon philosophus ait ne merciaris probitatem iureiurando certiores haberi. Cuius enim dictum non habet sine iureiurando. pondus eius quam iuramentum vile est. Item ibidem xenocrates philosophus platonis discipulus fuit qui ut ait valerius tantam auctoritatem sue sapientie attulit ut cum de re aliqua testimonium coactus a iudice diceret. et ad aram accessisset ut iurare. omnia se vere retulisse. prohibitus est a senatu iurare. Quarto per omnes confideret quisque mala pernotata ipsius perjurii. Quinto orat deum ut hoc vitium euadat.

Secundum Preceptum

Capitulum in preceptum

**Q**ontra hoc preceptum fatiunt secundo incaute iurantes. **¶** Vbi videndum erit an a quo a quantum incautum iuramentum liget. **¶** Fit autem incautum iuramentum quatuor modis. Primo quando irreuerenter fit iuramentum vel leuiter vel sine causa rationabili. quod tunc comes iudicij seu discretois offenditur etiam si verum sit et licitum pro quo iuratur. **¶** Secundo fit incautum iuramentum quando quis in deliberate iurat ex impetu sic quod si plene deliberasset illud non iurasset. **¶** Et tunc secundum wilhelmum quis seruare tenetur si licitum est quod iurauit. **¶** Sufficit enim ad hoc quod sit obligatus quod intendit deum inducere testem illius rei quam dixit. **¶** Item si homo propter omissionem deliberationis sufficiens aut vinculum quod iurat promissioe aliquid sibi impossibile tunc deest iudicium et est illicitum et sic iurans peccat. **¶** Primum si illud quod iurat credit sibi possibile fore cum tamen sibi sit impossibile: non excusatur a peccato totaliter quod propter reuerentiam diuinam testimonij non debet iuramentum adhiberi nisi in re in qua firmus certus esset. **¶** Vnde ibi deficit iudicium discretionis nisi forte quod erat ei possibile quando iurauit: sed datur ei postea impossibile. **¶** puta si quis iurat pecuniam se solu-

Capitulum Tercium

turum quod postea ei vi vel furto subtrahitur. **¶** Tunc videtur excusari a fatiendo quod iurauit licet teneatur facere quantum in se est ut soluat et impleat quod promisit. **¶** Item sepius incaute contra preceptum secundum fatiunt hi qui causa lucri de facili iurant ut omnes vendentes et ementes tales sepius falsum iurant et sic periurum incurunt et mortale peccatum. **¶** Quod maius est si in damnum proximi sic iurant et quandoque pro pura re se non remissi dare iurant. **¶** Item sepius me contra hoc secundum preceptum incaute iurant et peccant quod absorpti passione ire aut ex ebrietate aut in ludis etiam prohibitis ut taxilloz enormiter aliquando falsa aliquando inhonestavt etiam iniusta et de se peccant tali dispositione iurant quod voluntas tunc vehementer est ad velle iurare et passio ratione absorbitur ut non possit prout deliberare de hijs quod iurantur. **¶** Ideo contra hoc preceptum sepius peccant ex perversa consuetudine et falsum iurant et peccant iurant etiam ex lubrico lingue si aliquando non pelerat id est false iurant tamen sepe peccant quod leuiter sine causa et irreuerenter iurant. **¶** Tercio incautum iuramentum fit ratione eius quod iuratur. **¶** Nam secundum thomam richardum et communiter omnes theologos et iuristas. **¶** Sic b

**Secūdum****Preceptū**

iurat aliqd quod derogat caritatis actui. Et pot fieri in quibus casibus? Primo cum quis iurat facere vel obmittere quod alias esset morale peccatum quod aliquem propter auctoritate grauer velit ledere vel inimicitiam ad eum gerere cum racione in quo casu peccat per iuramentum et peccat iuramentum implendum sicut et in secundo casu qui sequitur. Exemplum de dauid qui iurauit temerarie uelle nabal occidere sed retractauit bene ut dicit ambrosius libro de officio. Secundo quando quis iurat aliquid facere vel obmittere quod alias esset uiciale solum ut quod velit meti officio se iocose vel simile. Tercio cum iuratur aliquid in differens quod ex circumstantia effici possit uiciale vel morale ut cum iuratur aliquid quod uergit in detractione exitu propter aliquid quod de nouo emergit quod fuit impeditatum. Sicut patet in iuramento herodis qui iurauit puelle saltanti se daturum quod petisset hoc ei iuramentum potest a principio esse licitum intellecta debita conditione sed si peteret quod daret liceret ei deceret. Simpletio iuramenti fuit illicita ut dicit beatus ambrosius libro de officio. Quarto cum iurat aliquid quod est contra consilium euangelicum vel nobilis boni impeditiuum. Sic cum aliquis iurat se non intraturum religionem vel quod non fiat clericus aut quod non accipiet

**Capitulū****Tertium**

placere in casu quo expedit eum accipere et in hoc casu peccat qui de iuramento dicitur. tunc quod peccat a eque peccatum non tenetur seruare iuramentum. potest enim obicere spiritui sancto. sed multo melius facit non implendo huiusmodi iuramentum. Similiter qui iurat se non otinere per manus cum extra minimum esset uel per de pal. super. in. di. xxx. dicit quod aliquis promittit non morale nec uiciale nec aliquid bonum sed pura pro uacatione melioris boni ut si aliquis iurat se non intraturum religionem aut non seruaturum uirginitatem vel non facturum bonum alicui nisi in quantum caritas uel preceptum cogit talis peccat iuramentum enim debet cadere super materiam debitam et super bonum ex se et fortiter. tunc licet pro uel maius bonum ualeat tamen ut iurante aliquo se uelle contrahere cum aliqua minima. quando autem nullum bonum iurat sed solum malum cuiusmodi est pura pro uacatione melioris boni non ualere sed peccat quod in iuramento a obligat ad culpam. **¶** Quinto quando quis iurat quod est maioris boni impedimentum vel cum iurat id facere quod melius esset non facere quam facere vel iurat non facere id quod melius esset facere quam non facere. Exemplum quando iurat quod se non ieiunaturum vel non uelle iustum in iudicio vel non accomodare pecuniam vel non intrare domum sortis vel non vendere rem suam

**Secūdum Preceptum**

p̄ minori p̄cō vel nō omede  
re secū vel nolle retinere famu  
lū quē melius est retinere. vel  
non loqui proximo. vel nō fa  
cere ei solacōnem que omnia  
melius est facere q̄ omittere.  
et sic de similibus. **Talis nō ē**  
**obligatus ad seruādū qd̄ iu**  
**rauit.** Et p̄bantur oia q̄nq; p̄  
p̄hō. in synoimīs li. ij. dicentē  
**Et allegat mgr̄. di. xxxviii. ter**  
**cij di.** In malis p̄missis rescā  
de fidem. in turpi voto muta de  
cretū. Et thō. assignat racōem  
**Quia p̄ se mala et maioris tvi**  
**impeditia sub iuramēto cadere**  
**nō p̄nt.** Et scdm̄ **Bern.** Rō p̄  
caritate institutū est. oīa cari  
tatem militare nō d̄. Et tñ sic  
rich. dic. a. wilh. p̄pter reuerē  
tiā sacramēti diuini nois inuo  
cati. et ad puniōem temeritatū  
sic iuratum. et p̄pter reuerentiā  
eorū qui p̄sūt. et ad tute ambu  
lādum non deb; quis auctori  
tate p̄pria venire cōn qd̄lib; iu  
ramētum incautum. sed p̄ aliq̄  
bus debet recurrere ad aliquē  
superiōrē suū qui a tali iuramen  
to debet ab soluere ip̄m vel de  
clarare eū non fore obligatū.  
maxie q̄n p̄t oziri dubiū. vtz  
obseruacō vrgat in p̄iorē exi  
tum q̄ nō obseruacō. Tñ cōn  
trā p̄rima q̄n manifesta sunt.  
p̄pria auctoitate oītrauēme  
p̄t. **Contra qd̄libet vtro iura**

**Capitulum Tercium**

mētum qd̄ respicit rei veritatē.  
et derogat caritati vel eius per  
fectiōni vel disponētib; ad eā.  
p̄t hō venire p̄pria auctoitate  
in casu necitatis. hxc sentētiali  
ter. **Rich. durād; dicit.** Si iu  
ramētum est incautum. ex eo qd̄  
iuras non suffitēter deliberauit.  
vel illud qd̄ promittebat erat  
res indifferens. seu parū valēs.  
vel plus nocens vuenti q̄ ex  
pediēs. vel sicut possunt alie cir  
cūstantie inueniri cū iuramētū  
que reddūt ip̄m incautum: nō  
est tutū qd̄ tale iuramētū inter  
mittatur sine auctoitate supe  
riōis potētis in talib; dispensa  
re. **Quāto p̄ncipaliter iurā**  
**mentum incautum fit interdū**  
**a coactis et p̄ metum vbi sunt**  
**plures casus.** Pri; qd̄ de eo qd̄  
cōpulsus p̄ metū iurauit se ali  
qd̄ fecūz vel datur. **Rich. durād; d;**  
**di. xxxviii. et xxxix. cū tertium**  
**Juramētum promissoriū. a est**  
**coactū p̄metū qui cadit i con**  
**stātem viz. a p̄ metum qd̄ non**  
**cadit in ostātem viz. si p̄mo**  
**modo sic non est obligatorū**  
**i foro ostentioso. qz cogētū non**  
**cōpetit actio contra coactū ut**  
**obfuet iuramētum.** Rñtum v  
ro ad forū consciētie. tale iura  
mētum ē obligatorū. si illud  
qd̄ promittitur est licitum et si  
iuras consensit in p̄missum qd̄  
tumcūq; fuit p̄ metum iustū

coactus. unde si q̄s non implet  
q̄d coactus iuravit iuramento  
p̄missio. peierat ⁊ peccat mōr  
liter nisi talis sic coactus p̄ me  
tū cadentem in cōstantem viz  
fuerit p̄ habentem potestātē ab  
obligacōe absolut⁹ q̄ p̄ nul  
lo temporalī debet hō facere ali  
quā irreuerētiam dei vel dō sed  
hoc fieri nisi impleretur p̄mis  
sum nihilomin⁹ talis habet re  
mediū ⁊ potest repetere i iudi  
cō quod coactus iuravit ⁊ sol  
uit. potest etiā p̄tere ab ep̄o  
ut cogat illū absoluerē ip̄sum  
a iuramento. **S**i non potest ad  
hoc induci soluat ⁊ repetat. q̄  
licet iurauerit soluerē nō tñ iura  
uit non repetere. **R**ō si iuravit  
etiā nō repetere tunc denūtiat  
ecclesie sc̄dm formā euangeli  
cam **S**i peccauerit in te frater  
tuus ut ecclā illū opellat ad pe  
nitentiā in q̄ v̄iet absolucō iura  
mētū vel iustitūcō male acq̄siti  
vel accepti. **I**te p̄t iudici denū  
tiat⁹ ⁊ ille ex officio tenetur aliū  
opellē ad restituēdū. **S**i vro  
iuravit nō denunciaē iudici ta  
le iuramētū ē illicitum nec obli  
gat. ⁊ ideo nō obfuādū cū ver  
gat in deteriore exitū utpote ex  
istēs oītra iusticiā ⁊ oītra utilita  
tē publicā. **E**t p̄serti hoc p̄t de  
nunciaē dūmō hoc faciat p̄nci  
paliter intencōne salutis et ne  
**S**i vro iuramētū p̄missorū

sit coactū p̄ metū q̄ nō cadit in  
cōstantem virū tūc iuramētū ē  
obligatoriuū in foro cōscie for  
tica racōe q̄ sit iuramētū coa  
ctū p̄ metū cadētē in cōstantem  
viz ⁊ iterū i foro otencōso. q̄  
fm iuratalis metus nō iudica  
tur sufficiens ad aliquid cū iura  
mētō p̄mittēdū. **E**t sic appar  
q̄d sit dō de coactōe ad p̄mis  
sorū iuramētū **A**ug⁹ in fmōe  
de p̄nio sic dic̄. **S**i q̄s coact⁹  
p̄ vita redimēda. vel q̄libet cā  
vel necitate p̄iurat. q̄ plus cor  
pus q̄ aīa; dilexit. tres q̄dige  
simas peiteat alij iudicat tres  
ānos vñū in pane ⁊ aq̄ **E**x q̄ se  
q̄tur q̄ ille q̄ nō intēder; solue  
re q̄d coact⁹ p̄mitteret cū sciē  
ter falsū iurar; teneretur ad pe  
nitentiā illam de rigōe **S**i de as  
sertorio seu p̄batio iuramen  
to ē secūsus casus. vbi dicēdū.  
q̄ quicūq; faceret iuramētū as  
sertoriū iurando falsū. vel i cau  
te sic peccaret iurando ⁊ periū  
riū incurer; et ad hoc fatēdū  
nullus cogi p̄t. si tñ q̄s oppo  
sitū faceret ex metu tūc coactō  
excusaēt a tāto s̄ nō a toto. q̄  
ad peccādū nulla coactio fieri  
potest sufficiens libero arbitio.  
nam omne malū pene sustinē  
dū foret a quolibet ante q̄ mi  
nimo peccō peccare deberet **E**st  
ei minimū peccm mai⁹ oī malo  
pene p̄scise. vñ qñ seruus iurat

Secundum Preceptum

aliquis falsum vel illicitum domino cogente. ambo sunt periuri. nolite  
ait christus timere illos qui occi-  
dunt corpus. **¶** Vt pro isto  
peccet qui inducit hominem ad iu-  
randum quem probabiliter credit  
periuraturum quod est tertius casus.  
vel sic recipit ab eo iuramentum  
**¶** secundum thomam bonauenturam et richardum.  
Inducens alium ad iurandum. a  
hoc facit sic persona publica et  
secundum ordinem iuris. a hoc facit non  
tamquam persona publica. sed pri-  
uata. **¶** Primo modo si quis indu-  
cit alium etiam precipiendo ad iura-  
dum quod quis credat eum iuratu-  
rum falsum non peccat quod facit  
illud quod ex officio tenetur face-  
re. unde non tam debet dici illi ad  
iurandum compellere quam pars ad-  
uersa que hoc petit a iudice. si  
autem iste qui inducit ad iurandum  
sit priuata persona a publica non  
tam hoc faciens ut persona publi-  
ca. puta contra ordinem iuris. pec-  
cat mortaliter. quod talis est scienter  
proximo suo contra peccatum mortale et  
sic spiritualiter homicida propria ani-  
ma et alteri necesse cui gladium  
periculi tradit. **¶** Exemplum refert  
augustinus in sermone quodam. **¶** Quod  
quidam fidelis in octes rem acco-  
modauit cuidam quam ille redde-  
re negauit. **¶** Compulsus ergo  
per accommodantem iurare pe-  
ierauit et altere rem perdidit.  
**¶** Cui raptus in nocte ipsa iudex

Capitulum Tertium

ait. Cur prouocasti hominem iurare  
quem sciebas falsum iurare. Ille re-  
dit. quod rem meam negauit. et iu-  
dex. **¶** Melius erat ut rem tuam per-  
deres. quam ut animam eius perurio per-  
imeres. prostritus igitur tam  
grauiter cecus est ut in dorso vi-  
gilantis plagarum vestigia appa-  
rerent. sed indultum est ei postquam e-  
medatus est. **¶** Ideo idem augustinus in  
sermone de decollatione iohannis  
baptiste. Ille qui hominem prouocet  
ad iuramentum et scit eum falsum  
iuraturum vincit homicidam quod  
homicida corpus occisurus est.  
ille animam. ymo duas animas. **¶** Item  
talibus qui alium perierare peccat.  
debet penitere. xl. dies in pane  
et aqua et vii. annos sequentes  
et nunquam debet esse sine peniten-  
tia. xxij. q. v. **¶** Si quis se. **¶** Quanto  
principaliter iuramentum incau-  
tum fit a dolosis de quo dicit thom.  
in summa sic ar. vii. **¶** Et in scrip-  
to quod iurans simpliciter sine do-  
lo in foro conscientie non tene-  
tur nisi secundum suam intentionem  
**¶** In foro autem otentioso obliga-  
tur secundum quod verba omniter so-  
lent accipi. **¶** Si autem dolose iurat  
seruari debet secundum sanum intelle-  
ctum illius cui iuratur **¶** Et licet  
ratione iuramenti non obligetur  
nisi secundum suam intentionem. **¶** Tam-  
tenetur ad hoc ut alius ex tali  
dolo non ledat. **¶** Et hoc fit quoniam  
secundum intentionem recipientis

non bene

f impletur. **D**ubitatū cū p̄ dicta p̄mo vtrū in iuramentis possit dispensari a p̄ que. **R. th.** 2. 2. q. lxxix. In iuramentis promissorijs dispensari pot̄ sicut 7 i vtijs. qz in aliquo casu potest esse illicitū vel nociuū iuramentū. siue id qd̄ iuratur et p̄ oīs nō ē debita materia iuramenti. **E**t ideo nōndū q̄ illud qd̄ cadit sub iuramento promissorio aliq̄n est manifeste r̄pugnās iustitie ut puta qz ē peccatū v̄l maioris hōi impeditū ut ne itret religionem 7 tale iuramentū dispensacōe nō indig; **R̄nqz** aut̄ aliquid iuramento promittitur de quo dubiū est vtrū sit licitū vel illicitū proficiū vel nociuū aut simpliciter aut i aliquo casu. 7 in hoc pot̄ quilibz ep̄us dispensare **R̄nqz** v̄ro promittit̄ aliquid sub iuramento quod est manifeste licitū a vtile. **E**t in tali iuramento nō videtur habere locum dispensacō v̄l omutacō nisi aliquid meli9 occurrat faciēdum ad cōmunem vtilitatē. quod maxime videtur pertinere ad potestatem pape qui habet curā v̄lis ecclesie vel etiā absoluta relaxacō. nam ad vnum quēqz pertinet irritare iuramentum quod a sibi subditis factū est circa ea que subdūtur eius potestati. **S**icut pater potest irritare iuramentum puelle. vel

v̄re v̄rois. numeri. xxx. Durādus dicit ut supra. **D**ubitat̄. ij. 8 an iurans possit licite obtinere dilacōnem vel absolucōem ab eo cui iuravit. **R̄n̄sio** scd; thō. vbi p̄us 7 Ray. **S**i iuramentū factum est i fauorem dei a p̄ illud homo intēdebat se obligare deo. vel cultui dei. vel ad pietatis opus. **T**ūc nō potest absolui ab hōie nisi p̄ omutacōnem in melius ut dicetur de v̄to. ut qz v̄lit intrare religiōem cū soltio. ire ad factum Jacobū cū soltio. ire contra infideles cū eo. et sic de dicēdo p̄ salterium simul. tūc nō potest absoluerē alium inq̄tum cōcernit dei fauorē. vel pietatis opus. sed bene inq̄tū alium tāgit. v̄nde quasi duo iuramenta sunt ire ad factum Jacobum. a hoc alter non potest relaxare. **E**t cū socio ire qd̄ soltio pot̄ relaxare. **S**i v̄ro sit i fauorem hōis iuramentum alteri si ille sp̄te absolueit. postea nō tenetur. **E**t idē de dilacōe. a etiā si nō intēdebat se obligare deo. s; t̄m hōi. nihilomin9 nō pot̄ absolui ab hōie q̄n iuravit se aliq̄d facturū i fauorē dei. **S**ic si iurassem tibi qz darē ticio. x. florenos i fauorē ip̄i9 tici9. non posses mihi remittere huiusmodi iuramentum. **T**homas addit p̄ factis. nisi forte sit interposita condicio scilic; si videbitur illi



Secundum Preceptum

cui promittit vel aliquid tale  
**H** Dubitatur. iij. qn ille qui au-  
 dit aliquē aliū iurare falsum. et  
 ipse scit et tacet. an teneatur hoc  
 manifestare. Ixc qstio mouet  
 ideo. qz dicitur leuic. v. Anima  
 que audiuit vocē iurātis falsū.  
 testisqz fuit. qz aut ipse vidit.  
 aut oscius est. nisi indicauerit.  
 pōbit iniquitatē suā. dicit tñ  
 thō. in summa. Et ray. qz ex q  
 moyses in predicta auctorita-  
 te non expōsit. cui hoc esset indi-  
 cādum. sufficit isti ut se ab hoc  
 peccā vinculo absoluat si idie  
 talibz qui magis possent pōf  
 se qz obesse periuro siue cū cor-  
 rigendo. siue deū p eo placādo.  
 utputa sacerdotes vel honesti  
 et discreti pēs Et ad hāc denū-  
 ciacōnem de talibus personis  
 fatēdam tenetur quilibz quo-  
 cūqz viderit aliquē vicinū  
 pāpico id est peccō cōmittēdo.  
 Sic soluit questionē istā au-  
 g. li. qstio. Sup leuic. xxij. q.  
 v. hic videtur. **Capitulum iij.**

**C**ontra secundum pcep-  
 tum. non assumes ac-  
 peccāt ad huc tria ge-  
 nera peccōz. Primi sūt blasphemie.  
 Secūdi sunt adiurātes illi-  
 cite. Tercij sunt p creaturas il-  
 licite iurātes. de quibz est dicē-  
 a dū p ordmē. **C**ir p mū notā.  
 dū scdm thō. 2. 2. q. xij. qz blas-  
 phemare ē lōmātati et excellētie.

Capitulum Quartum

precipue diuine derogare seu  
 cōuūtiari. Dicitur lōmātati qz de-  
 us omnimode bonus est et excel-  
 lēs. Dicitur pāpue diuine. qz  
 blasphemia cōmitti pōt in scōs  
 et diuina Sicut eni deus in sctis  
 suis laudatur in q̄tum lau-  
 dantur opa que deus in sctis  
 suis efficit Ita ex blasphemia q̄  
 fit in sanctos ex sequeti in deū  
 redūdat. **D**icitur derogare. b  
 re. vbi nō nō qz sunt tres quo-  
 dammō spēs huius peccati blas-  
 phemie. et semp deo derogatur  
 Vna est cū attribuitur dō qd  
 ei non cōuenit. ut cū aliqui di-  
 cūt qn ipi puniūtur in se vel i-  
 suis et alij peccōres nō puniūt  
 taliter. Ecce deus est iniustus.  
 Similit maledicentes deo ut  
 lufiores ei impēantes q nō pnt  
 deo inesse. Sicut qui vellēt de-  
 um non eē iustum ut peccā eo-  
 rū non puniret. sicut etiā isti  
 in inferno fatiūt. Sic etiā pec-  
 cant deo attribuētes mēbra q̄  
 inq̄tum deus non habet. Et  
 pxi qui deo attribuūt mēbra  
 que no iari de pto viro essent  
 vrecūda. Et pessime qui deo  
 attribuūt que i eo nō sunt. Ex-  
 emplū primi Iurātes per caput  
 dei et p similia mēbra. Exēplū  
 secūdi ut per dei postiora et per  
 alia vrecūda mēbra Itē simile  
 videtur qn quidam a deo pu-  
 niūtur q dicit nunqd latroes

sum? qd fecim? vbi hoc merui  
m? Cū tñ alias deū sepe graui  
ter offenderūt. Spēs blasphemie  
alia est cū a deo r̄mouetur  
qd̄ ei ouenit. ut dicētes deū nō  
esse iustū. deū nō esse vrū hōiez.  
deū nō esse in eukaristia. deum  
nō eternaliter punire peccatū  
mōrle post hanc vitā. Tertia  
spēs ē. qñ creaturē attribuitur  
qd̄ deo appropatur ut q̄ yma  
go det grām. q̄ creatura aliq̄  
puta verbū. vel factū pronūtiat  
futura soli deo nota. Sic cū fu  
c p̄sticōes iter dū fit. **S**ecūdo  
nōndum s̄m thō. vbi prius. q̄  
blasphemia s̄m gen? suū ē pec  
catū mōrle. R̄ acō est. qz peccm  
mōrle ē. p̄ qd̄ hō speratur a pri  
mo p̄ncipio spūalis vite qd̄ ē  
caritas dei. vñ quecūqz caritati  
repugnant ex suo genere sūt  
peccā mōrliā. **B**lasphemia autē  
se s̄m gen? suū r̄pugnat cai  
tati. qz derogat diuine b̄nitati  
que est obiectū caritatis. **E**t ite  
rū. qz est contra secundū p̄cep  
tū. **S**ūt autē s̄m thō. vbi prius  
tres grad? blasphemie. indero  
gante enī diuine b̄nitati sc̄z  
tres p̄fatos modos. quidā de  
rogāt sc̄z solā opimōnē intel  
lectus. alij derogāt deo s̄m opi  
mōnem intellect?. oiecta qd̄ a  
affect? se u. volūtatis detesta  
cōne. **E**t vterqz modus dicit  
blasphemia cordis. si non pro

dit ad extra. **A**lij autē primum  
modū. vel secundum. vñ ambob  
lingua produunt. a est blasphemie  
oris. p̄ma mala. secūda pe  
ior. tertia pessima. **E**t sunt sc̄dm  
genus suū omnes tres gradus  
maxima peccā. **S**ed dicēs est  
ne semp peccatum mōrle emite  
tere blasphemiam. cū quidā abs  
qz delibacōne blasphemēt. **R̄**  
ibidē. thō. blasphemia potest  
absqz delibacōne ex surrepō  
ne procedere dupliciter. vno  
mō qz aliquis nō adūtat hoc  
quod dicit eē blasphemiam. qd̄  
potest contingere cū aliquis su  
bito ex aliqua passiōem vba  
ymaginate prorūpit quorum  
significacōnem non considerat  
**E**t tūc est peccatum veniale et  
ideo non habet pprie racōnem  
blasphemie. alio mō quādo ad  
uertit hoc eē blasphemiam cō  
siderās significata verborum a  
tūc nō excusatur a peccō mōrli  
**S**ic nec ille q̄ ex subito motu  
ire aliquē occidit iuxta se sedē  
tem. **T**ercō nōndum qz pro  
vitādo huiusmodi peccō quicqz  
mala blasphemie sūt considerāda  
**P**riō ecclā hoc peccm multū pu  
nit. qz. xxij. q. v. talis q̄ iurat p̄  
caput dei. aut p̄ capillos eius.  
aut aliquid huiusmodi dicēs.  
quasi deus sc̄dm diuinitatem  
talia habeat. **S**i cleric? est de  
bet deponi. si vro est laycus

Secundum Preceptum

anathematizati qd scdm boue.  
 in. iij. di. xxxix. intelligendum e  
 de illis qui turpiter et irreuerē  
 ter nomināt mēbra xp̄i a quo  
 dam exquisito modo iurandi  
 diuidunt eum mēbratim a po  
 tissime qui iurāt per ei⁹ mēbra  
 que etiam in nobis wrecondū  
 est nominare. Et essent p̄ illis  
 a p̄fidentibus religiosis et secu  
 laribz grauissime puniēdi. Idē  
 videtur etiā intelligendū de hīs  
 qui de virgine benedicta et sā  
 ctis dei iurādo ihoneste loquū  
 tur. Aut qui aias suas demoi  
 bz deuouēt vel alia dicūt horre  
 da. Secūdo detestabile ē hoc  
 vitium qz peius est p̄iurio. vñ  
 glō. sup illud ephē. iij. Blas  
 phemia tollatur a vobis. dicite  
 peius est blasphemare q̄ peie  
 rare. Qui ei peierat id ē falsum  
 iurat nō dicit aliqd vel sentit  
 aliquid falsū de deo sicut blas  
 phemus. Sed adhibet testē  
 tan q̄ sperans qz deus sup hoc  
 nō testificetur p̄ aliquo d eui  
 dēs signū. vñ de pene p̄iurio  
 debite etiā isti blasphemus debe  
 rentur de iustitia. Tertio ē de  
 testabile qz blasphemia ipon  
 derat homicidio. vñ t̄lx. ibidē  
 dic. Homicidiū a blasphāia  
 si cōsiderētur scdm obiecta in  
 que peccatur maximū est blas  
 phemia qz est directe pccm in  
 deū. homicidiū aut in p̄imum

Capitulum Quartum

Si aut cōsiderētur scdm effe  
 ctū nocēdi sic homicidiū ipon  
 derat. plus enim nocet homici  
 diū proxio q̄ blasphemia deo  
 qui non moritur. Tñ qz blas  
 phemus intendit nocumētū  
 inferri honori diuino simplici  
 ter graui⁹ peccat q̄ homicida  
 p̄mū tñ locū tenet homicidiū  
 inf peccata i proximū cōmissa  
 Quarto est detestabile qz hic  
 a deo a a seruis dei morte sepe  
 punitum r̄p̄rim⁹. vñ de leuic.  
 .xxiij. Fili⁹ rixās cū alio quo  
 dam et blasphemans deū capi  
 tur in carceatur. Et de qz moy  
 sen r̄nsū dedit qz lapidari de  
 beret a statū lex s̄rita est Qui  
 blasphemauit nom̄ dñi mor  
 te moriatur. siue ciuis siue pre  
 grinus fuit. Item refert vñcē  
 ei⁹ in speculo historia. Qd rex  
 fr̄tie philipp⁹ qñcumqz p̄ce  
 pit in tabna vel alibi hoīem ec  
 militē blasphemasse eū s̄b mer  
 sit et de hoc edictū firmum po  
 steris ante mortem suā reliq̄t  
 Quinto hoc pccm est detestabi  
 lissimū qz p̄rium est oim d̄ a  
 natoz. vñ de dic glō. sup illd  
 apc. xvi. Estuauerūt hoīes  
 estu magno et blasphemauerūt  
 nom̄ domini habētis p̄tātē su  
 p has plagas. In inferno in q̄t  
 positi q̄ uis sciant se p̄ merito  
 puniri dolent tamē qz de⁹ tātā  
 potentā habeat qz plagas eis

infert. hoc autē ē dicit thō. blas-  
phemia. Et credibile ē q̄ post  
resurrectionē erit eis etiā voca-  
lis blasphemā. **C**ir. ij. vic; ad  
iuracōez nōndū scdm thō. 2. 2.  
q. lxxxix. q̄ ad iurare nō ē aliū  
ad iurādū iducere. s; ē p̄ quan-  
dā similitudinē iuramētī a se indu-  
cti aliū ad aliquid agēdū pro-  
uōre. Pro cui? declaracōe adū-  
tendū q̄ ille qui iurat iuramen-  
to promissorio p̄ruerētā diu-  
mī noīs q̄ ad confirōnē sue  
promissionis iducit. seipm ob-  
ligat ad faciēdū quod promit-  
tit q̄ est seipm immobilit̄ or-  
dinare ad aliquid agēdū. Si-  
cut autē hō seipm ordinare pōt  
ad aliquid agēdum. ita etiā ⁊  
alios superiores quidē dep̄can-  
do. inferiores autē impando. Cū  
igitur utrūq; ordinacō p̄ aliqd̄  
dīmū cōfir̄tur est ad iuracō. Et  
fieri pōt ad quicq; genera rerū  
ad deū. ad subditū sibi hōiem  
seu ad se. ad proximū eglē. vel  
superiōrē. ad demonē. ⁊ ad crea-  
turā irrōlē. s; diuisimode. p̄mo  
enim cū hō sit dñs actūū suorū  
nō autē dñs eorū q̄ ab alio sūt  
agenda. idō sibiip̄i pōt necita-  
tē imponere p̄ dīmī noīs iuoca-  
cōnem. non autē hanc necitatē  
pōt alijs imponere nisi sibi sub-  
ditis quos pōt ex debito p̄stiti  
iuramētī opellere. Si igitur ali-  
quis p̄ iuocacōez diuimī noīs

vel cuiuscumq; rei sacre alicui  
non sibi subdito adiurando ne-  
cessitatem agendi aliquid im-  
ponere intēdat sicut imponit si-  
bipi iurādo. talis adiuracō illi-  
cita est. quia usurpat potesta-  
tem in aliū quā nō habet ⁊ eū  
nititur opellere quodāmō. Tñ  
p̄pter aliquā necessitatem qui  
sunt superiores. suos inferiores  
tali genere ad iuracōnis cōstri-  
gere possunt. Et idō p̄m̄c̄ps  
facit dotum ut origē. dicit sup̄  
math. ih̄sum illicite adiurāntē  
p̄ deū viuum. q̄ subditus eius  
nō fuit. Si v̄ro adiurās inten-  
dat solūmodo p̄ reuerētā diu-  
mī noīs. v̄l alicuius rei sacre ali-  
quid ab alio obtinere absq; ne-  
cessitatis imposicōe. talis adiu-  
racō licita ē respectu quo r̄libet.  
Et sic adiuram? deū dicendo p̄  
passionē ⁊ crucem tuam libera  
nos. Silit̄ hōiem. demonē.  
⁊ angelū. a sic p̄t; secūd a ter-  
tiū. Est enī mod? ad iurādi sic  
duplex vnus p̄ modū opulsiō-  
nis ⁊ est illicitus ad equalē et  
superiōrē. de quo in p̄mo. Se-  
cūdo ē p̄ modū dep̄cōis vel in-  
ductōis ob reuerētā alicui? sa-  
cri. **Q**uō igr̄ demō possit a no-  
bis ad iurari licite vel nō. s; q̄  
nō lic; demōes ad iurare p̄ mo-  
dū beuolētē dep̄cōis. seu in-  
ductōis. quia ille modus vi-  
detur ad quāclā beuolētā vel

**Secundum Preceptum**

amicitiā pertinere q̄ nō licet ad  
demonēs vti. a sic nigromāti  
ci vtūtur adiuratiomb⁹ ⁊ iuo  
cantiomb⁹. vel i cantacōibus de  
monū ad aliquid ab eis obti  
nēdum. adipiscendū. vel ad di  
scendū. **S**ecūdo aut adiuraci  
onis mō vic⁹ q̄ ē p opulsiōne  
licet nobis ad aliquid vti ⁊ ad  
aliquid non licet. possum⁹ ei de  
monēs adiurādo p virtutē di  
uini nois tanq̄ inimicos r̄pel  
lere ne nob nocent corpali  
ter vel spūalit scdm ptāte⁹ da  
tā a xp̄o scd⁹ illud luc. ix. Ecce  
dedit vobis ptātem calcādi sup  
serpētes ⁊ scorpiones. ⁊ sup oēs  
virtutem inimicū ⁊ nihil vobis  
nocebit. **E**t mar. vltio **I**n noi  
ne meo demonia ciciēt **E**t ratio  
istius est qz demonēs in cur su  
huius vite nobis adūsarij cō  
stitūtur. non aut eoz actus  
nostre dispositioni sub dūtur.  
sed dispositiōni diuine. ⁊ sācto  
rū angeloz. scdm aug⁹. iij. li.  
de trin. **N**ō tñ licitū est demo  
nēs adiuāre ad aliquid ab eis  
addiscendū. vel etiā ad aliqd  
p eos obtinēdū qz hoc pertine  
ret ad aliquā scietatem cum  
ip̄is habēdā. **V**nde crisost. sup  
illud obmutescite ⁊ exi ab eo di  
cit. **S**alutifer hic nobis dog  
ma datur. ne credamus demo  
nib⁹ q̄ tuncū qz denūtiēt veri  
tatem nisi forte ex sp̄tiali isti

**Capitulum Quartum**

ctū vel reuelacōe diuina aliq̄  
sācti ad aliquos effect⁹ demo  
nū opacōe vtantur. **S**icut de  
btō iacobo legitur qz p demo  
nēs fecit hermo genē ad se ad  
duci ⁊ sic pat⁹. iij. **E**x predi  
ctis seq̄tur p̄mo qz nulla alia  
potestas h⁹ demonem cogere  
nisi diuina. angelica. ⁊ huma  
na non ex natuā sed ex gracia  
⁊ virtute diuina. **E**t racō ē qz  
non est potestas sup terrā que  
ei cōpetur. qui factus ē ut nul  
lum timeret. ut dicitur iob. xli.  
vnde glō. ibidē **O**mnia hūana  
superat. ⁊ si meritis sāctoz sub  
iaceat. **E**xēplū ē de mltis sāctis  
nec obstat illd thob. vi. qd̄ ra  
phael thobie iunior dixit qz fu  
mus pticule cordis piscis posi  
ti sup carbonēs ext̄minar⁹ om  
ne genus demomio ⁊ fumus ei  
hoc non fecit ut dicit mco. de li  
ra qz res corpalis non imp̄mit  
in rem pure spūalem. sed p fu  
mū defigbatur virtus expulsi  
ua merito ⁊ ia thobie q̄ fuit vir  
tus orationis thobie. cui⁹ mei  
to raphael expulit demonē. sa  
ram liberando. ppter qd̄ dicitur  
ibidem. raphael apprehendit de  
monē ⁊ ligauit eū in superiori  
b⁹ egypti. nec obstat illud. i.  
re. xvi. vbi ad citharisatioem  
dauid spūs mal⁹ in saul q̄euit.  
qz non fuit liberatus saltem ut  
demon non redir⁹ sed melius

hēbat virtutē dūm a immedia  
te vel mediātibus angelis san  
ctis ex merito dauid qui laudes  
dīnas i cithara canebat p salu  
te saulis sic a facti deuo cōib?  
Melodia aut coopabatur ad  
deuo cōem. Sicut ⁊ quarti re  
gum. iij. Helizeus fecit aduici  
psalten ut mens eius in deū ele  
uaretur. non tñ melodia in de  
monē agebat. Item naturalē  
disposicōem melodia bonā po  
teat facere ⁊ malā imminuē ra  
cōne quoz demō min? poterat  
verare. de qua materia pleni?  
rperies libro. v. in dyalogo de  
formicis. Secundo patet exp  
fatis falsitas quorūd am libro  
rū in scriptis nigromāticōz ⁊  
exorcismoz q̄ per talia caracte  
risata demones se putāt coge  
re ⁊ vxaē seclusa virtute dīna  
nō attēdentes illud cristi. Hoc  
genus demonioz nō eicitur in  
hi ieiunio ⁊ oracōe. p enim ie  
iuniū scdm bedam corpus. ⁊ p  
oracōnem spūs leuatur ad sū  
ut calcet demoia. Tercō sequi  
tur q̄ exorcismi quidā deberēt  
exariari p lratos an aliquid sup  
sticōsum cōtinerēt tūc enim nō  
essent admittēdi ne posteriora  
piora fierent prioribz. Sicut  
exēplū ponit grego. li. i. dyalo  
goz de quadā p demonem ob  
sessa post coptum ecclesiā itra  
te ⁊ cū sacerdotis cuiusdā iuua

men nihil iuraret. ad incātato  
res eam duxerūt cognati et le  
gio in eam intrūit. **¶** Quinto  
an liceat a diuare irrōlem crea  
turam. Rndit tho. Ad iuracō q̄  
quis vtitur ad irrōlem creatu  
ram potest intelligi dupliciter.  
vno mō ut ipa ad iuracō refera  
tur ad ipam creaturā irrōlem  
scdm se. Et sic vanum esset irrō  
lem creaturam a diuare cū non  
intelligat locucōem. Alio mō  
ut referatur ad eū a quo irrōlis  
creatura agitur ⁊ mouetur. Et  
sic dupliciter ad iuratur irrōlis  
creatura. vno quidē mō p mo  
dum depca cōmis ad deum dire  
cte quod pertinet ad eos qui di  
uina inuocacōe miracula faciūt  
Alio modo p modum cōpulho  
nis que referatur ad dyabolum  
q̄ i nocumētū nr̄m vtitur irrō  
libus creaturis. Et talis est mo  
dus ad iuradi i ecclie exorcismis  
p quos demonū ptās excludi  
tur ab irracōnalibus creaturis  
**¶** Cir. iij. a liceat p creatuās iu  
raē. fm goz. sup math. v. Ju  
rare p creaturā q̄ dupliciter cō  
tingit. Prio ipa; tanq̄ aliqd̄ di  
uinū iplorādo. ⁊ sic stricte pu  
tur iuras cā. xxij. in duobz locis  
Et etiam sic quis per iurium cō  
mitteret mendatiū per creatu  
rā iurādo ut ibidē dicitur. Se  
cundo contingit iurare per crea  
turā iuramētum tanq̄ per rem

## Secundum Preceptum

vilem continendo. p̄mū p̄tin; ad infidelitatem a temp̄e peccatum sicut a secūndum qd̄ p̄tinet ad dolositatē. Tercō d̄um qui in ip̄a creatura p̄fidet tanq̄ testē inuocādo. Et sic ioseph iurauit per salutē pharaonis gen̄. xliij. Et eccl̄a iurat per sancta euāgelia. Quarto otingit iurare p̄ creaturā; tanq̄ eā ad vsum quē iurās inde sperat deo impignorādo. Et sic fit iuramentum execratoriu. ut testis ē in deus in animā meam. Tercō a quarto licitum esse p̄t ut sup̄ tactum fuit. ¶ Capitulu. v.

**Q**ontra secūndum p̄ceptum. non assume sac̄ peccat etiā vota fr̄a gētes. ¶ Vnde de voto primo vidēdum ē quid sit. Secūdo quātum peccm̄ sit infringere votum. Tercō de eius dispensacōe. ¶ Quintum ad primū nōndum sc̄dm̄ mgr̄m̄ in. iij. di. xxxvij. Et thō et alios theologos. Qd̄ votū est cōceptō sp̄tanea melioris p̄positi animi deliberacōe d̄o vel sanctis eius fir̄ta. cū intencōe se obligādi. Pro cuius intellectu nōndū. q̄ ad licitū et cōpletum votum plura exiguntur q̄ tangūt in descriptiōe eius. Primo est conceptio alicuius a sp̄sūfacto in intellectu sc̄a. Secūdo exigitur q̄ nō sit de malo. ¶ R̄a prope sup̄tum votum nō

## Capitulum

## Quintum

p̄t eē de malo ibi meliois vbi presuppōnitur q̄ sit bonū. malum enī p̄ci? nos deo d̄inat a deo. votum enī nō ē vinculu iniquitatis. vnde p̄fid. In malis promissis resc̄de fidē: in turpi voto muta decretū. vnde iudei plures q̄. xl. qui vouerunt se neq; māducaturōs neq; bibituros donec occiderēt paulū. actu. xxij. Male uerūt. Tercio exigitur q̄ nō sit de necio a nobis alias fiēdo q̄ meliois. ad bonum enī necim̄ puta qd̄ alias est p̄ceptum nobis obligamur ex alterius auctoitate. Et hoc proprie nō p̄tinet ad votum cuius obligacō ē ex meā voluntate. v̄z t̄n ut dicit durādus. q̄ ad idem p̄t quis obligari pluribus obligacōib; . ideo n̄l prohib; quin ad illud ad qd̄ obligamur p̄ p̄ceptum ex alteri auctoitate obligemur etiā p̄ votum ex propria voluntate. Vnde firmit̄ tenendū ē. q̄ uues cōtinētiaz; et cōmittēs adulteriū v̄l simpliciē fornicacōe; peccat duplici. vic; p̄ccō adulteri; v̄l fornicationis. a n̄lomin; fractōe voti. q̄uis illud votū sit large et iproprie dictū. Quia votū proprie dictū ē solum de h̄is q̄ fut in h̄o mis libertate. Quarto exigitur q̄ nō sit bonū indifferēs q̄ tale ut sic nō ordīnat in deū. ¶ Itē

q̄ nō sit de minoi bono. ibi me-  
liozis boni. **R**acō ē qz min⁹ bo-  
nū respectu maioris boni habz  
racōnem mali. et ideo nō pōt ca-  
dere s̄b wto inq̄tum est impe-  
ditim maioris boni. **Q**uāto exi-  
gitur qz sit concep̄cō libera. ibi  
sp̄tanea. **E**x q̄ patz q̄ possint  
wuere qz q̄libet pōt wuere ea  
que sunt in sua libtate. et ea i q̄  
bus ē sui iuris. vnde impubēs  
seruū religiosi. cleici et vxores in  
quibusdā non possunt wuere  
b **S**exto exigitur delib̄cō  
ibi ai delib̄cōe et additur ad  
d̄ra; wtoz q̄ fiūt ex surrep̄cōe  
in q̄bz non inueitur plena racō  
wti. an aut delib̄cō ad wtu  
exigatur dic̄ rich. **V**otū dici-  
tur a wleō. vnde sicut in nob̄  
ē duplex wle; sc̄i plenum qd̄  
est delib̄ratim et semiplenū qd̄  
ē wle ex surrep̄cōe. **S**ic etiā  
est duplex wtu quoddam ha-  
bēs plenā racōem wti. et quod-  
dā surrep̄ticiā siue semiplenā.  
et de racōne p̄mi est qz sit factū  
ex delib̄cōe nō aut de racōe  
secūdi. **T**ale em̄ potest fieri ex  
surrep̄cōe et quia nō habz ple-  
nam racōnem wti. ideo nō ob-  
ligat de necessario sed tm̄ de cō-  
gruo. extr̄ eos wmiētes et extr̄  
de iur̄. ad nr̄am. **E**t ideo wrire  
cōtra tale wtu etiā pp̄ria au-  
toritate nō est peccatū morle  
**S**eptio dicitur deo vel factis

eius. qz nō est ad hōiem pp̄rie  
vnde rich. dicit qz de forma w-  
ti est ut fiat dō. extra. e. ti. mag-  
ne. c. i. **R**acō est qz homo in w-  
to obligat se ad faciendum ali-  
quod bonū. nulli aut aliq̄ a deo  
potest homo de iure obligare  
se totū quia sibi soli cōuenit de  
iure potestas sup hōiem totum  
et nullus potest recipere de iure  
obligacōnem nisi cōueiat ei de  
iure potestas in illā rē. et ideo  
soli deo potest fieri wtu pp̄rie  
loquēdo de wto. quia tamē sa-  
lus wci? hōis multum promo-  
uetur p oracōes factoz et illd̄  
aliquo mō possum⁹ sed nō ple-  
ne qd̄ impetrare ualemus. sc̄is  
aliquo mō cōueit ptās sup hō-  
minē totū et idō pōt fieri eis ali-  
quo mō wtu. non tm̄ plene ra-  
cōe; habēs wti. **I**te rich. **O**cta-  
uo d̄z fir̄ta animi sc̄i delib̄cōe  
ne **P**riō em̄ exigitur delib̄cō  
cō. **S**ecūdo p̄positū wltutatis  
qd̄ exigit delib̄cōe. **T**ercio  
ex p̄posito p̄cedit p̄missio in q̄  
p̄ficatur racō wti. quā p̄omis-  
sionem seu firmitatē thō. sic de-  
clāt. wtu quādā obligacōem  
impōrt ad aliqd̄ faciendū vel di-  
mittendū. obligat aut hō se hōi  
ad aliqd̄ p̄ mod⁹ p̄missiois q̄  
ē racōis act⁹ ad quā p̄tiet ordi-  
nare. sic em̄ hō ip̄erado vel dep̄-  
cādo ordiat quodā mō qd̄ sibi  
ab alijs fiat **I**ta p̄mittendo



Secundum Preceptum

ordiat quid ipse pro alio facere  
debeat. **S**i promissio que homini fit  
non potest fieri nisi per verba vel que  
cumque alia exteriora signa. deo  
autem potest fieri promissio per solam in-  
teriorum cogitationem. Quia ut di-  
citur i. re. xvi. **H**omines videt ea  
que parent. deus autem intuetur  
cor. hxc thō. Aliquod ut goera nui  
.xxx. Addunt intentione obli-  
gandi se ad adimplendum promissum  
dicentes ex nuda promissione  
et ex deliberatione facta non  
obligari promittentem. Sola  
enim deliberatio non firmat promissi-  
onem. quia ad dicendum. **R**ich. non  
iprobare videtur. **D**ubitat  
an expediat vouere. **R**ich. rich.  
vouens autem vouet bona quorum  
observatio videtur probabiliter  
proportio nata infirmitati sue spe-  
ciali. aut improportio nata. **P**ri-  
mo modo expedit homini vouere quia per  
hoc amplius firmat voluntatem  
suam in bono et excludit a se per  
magna parte libertatem malefa-  
cie di. et facit actum virtutis la-  
trie et ideo vouendo meretur pro-  
pter quod vouet. unde ps. **V**oue-  
te et reddite domino deo vestro  
**S**ecundo modo non expedit nec  
licet quia tale votum non habet dis-  
cretioem; comitem cum per hoc vouens  
magis se videatur illaquare quam  
augere securitatem de sua salute.  
**S**imile dicit thō. 2. 2. vbi pri-  
e us. **D**ubitatur an melius sit

Capitulum Quintum

aliquid facere ex voto quam sine vo-  
to. **R**ich. thō. ibidem quod sic triplici  
de causa. **P**rimo quia vouere est  
actus latrice que est nobilissima  
virtus. illud autem quod imperatur  
a nobiliores virtute melius est  
et magis meritum. **S**ecundo  
quia qui vouet. plus se deo subicit quam  
qui non vouet. **S**icut qui daret  
arborem cum fructu quam qui daret tantum  
fructum. ut dicit ansel. unde et  
promittentibus gratie augentur  
**T**ercio quia per votum voluntas im-  
mobiliter firmitur ad bonum. **F**ace-  
re autem aliquid ex voluntate fir-  
ta ad bonum pertinet ad perfecti-  
onem virtutis ut patet per philosophum  
in ethicorum. **R**ich. rationem affligit  
dicens sic. **C**um deus acceptet opus  
propter operantem tanto magis ac-  
ceptat opus quanto est ab homine  
ad eius seruicium specialius de-  
dicato. **S**ed ceteris paribus  
idem cum equali scientia et leticia.  
specialius dedicatur homo ad deum  
vultum per votum quam sine voto. nam  
votum ut dicitur per de palu. in. iiii.  
**N**on est periculosum de sua natura  
sed ex culpa non fatietis ideo ex-  
pediens est vouere. **E**t licet me-  
lius sit non vouere quam promissa  
non reddere. tamen melius est vouere  
quam non vouere. **S**icut melius  
est baptisari quam non baptisari.  
et tamen melius est non bapti-  
sari quam postmodum retrosum  
conuerti. **D**ubitatur an peius sit **f**

de eo qđ wuit licite alias non  
cōpletur qđ wtū. n̄ qđ non uult  
frāgere wtū nunqđ talis me  
retur. Rñsio scđm ansel. li. de si  
militudibz qđ plus talis mere  
retur qđ simile faties non ex w  
to. Et exēplificat de vulnerato  
cauterisādo qui timēs abscessio  
nem malarum carnum ne vio  
lēter medicum ledat se sponta  
nee iubet ligari quem cum vze  
re medicus incipit. incipit tur  
bari ligatus. et nolit uelit resā  
ditur putridū rcedēte passiōe.  
grās tā ligatoibz qđ medico re  
fert. Dic etiā pe. de pal. talis ad  
huc plus mereret ceteris pari  
bz qđ si sine wto hīe facerz. Pri  
mo quāde qđ bona wlūtas suf  
ficiat ad meritū scđm bern. unde  
a principio qñ wuit et non sol  
uit tātum meruit quātum qñ  
sine wto soluit et hūic merito  
sup additum est meritum iusti  
tie quo uult facere qđ pmissit.  
Secūdo qđ licet sit tristitia in  
hoc qđ wuit et quedam nolun  
tas tñ in soluēdo qđ wuit et in  
uenerando wtum est wlunta  
riū. Tertio etiam uidetur qđ  
non demeretur in hoc qđ uult  
nō wuisse. quia sicut a princi  
pio non tenebatur wuerē sic  
wto ex post facto tenebat sol  
uē. uel dato qđ peitē de bono sit  
sibi peccatum tñ nō ppter hoc  
impeditur quī uolendo bonum

mereatur maxie si sint diuerfi  
actus. **N**ūc secūdo vidēdum  
est quomō wtum ligz. ubi p  
mo nōndum qđ wtū ligat ad  
fatiedum rem possibile. vñ deu.  
xxiij. Cū wtū wueris dño deo  
tuo non tardabis reddere. qđ  
requirit illō dñs deus tu? Ra  
cō est scđm tho. quia oīs pro  
missio licita facta cū intencōne  
obligandi se et cū de liberacone  
Si acceptetur ab eo cui fit ob  
ligat promittētem. non tm ex  
pcepto legis diuine. sed etiam  
legis nature. sed wtum licitū  
est huiusmōi promissio. et oēs  
talem promissionē recipit deo.  
ergo ac. Dicitur nōnter possi  
bilem. qđ scđz. tho. in. iij. Quic  
quid wtū impediret si presens  
essz dum wuetur etiam aufert  
obligacionem wto facto. vñ  
si wuetur possibile iā et fit idē  
postea impossibile. nō obligat  
pro qđto ē impossibile. ut si di  
ues wueret cōstruere ecclesiā  
qui de pauperatur postea ut in  
fra dicetur. Secūdo nōndum  
scđm tho. ubi prius qđ wti fra  
ctio ppria autoritate est. semp  
peccatū mortale. nisi forte sub  
essz racōnabilis causa. et tūc nō  
possz haberi reuulsus ad auto  
ritatem plati. aut dispensantis.  
aut wtū comunicātis. pe. de pa  
ludē in quarto dis. xxxviij. di  
cit sic. primo omnis wlūtaria

Secundum Preceptum

wti fractio ē mōrlis. q̄ redde  
 re est necessitatis. ⁊ tōciēs quo  
 ciēs frāgit. dū tamē assit actus  
 ex terior ⁊ interior. secus si extei  
 or tm̄. q̄ p̄c̄m p̄ se ē in actu in  
 teriori. Et hoc intellige in vo  
 to negatiō. ut exēpli gr̄a i illo  
 qui uuit nō bibere uinū. Se  
 cus in affirmatiō puta cū quis  
 uuer; ieiunare. tunc enī non  
 quociens comedit tōciēs pec  
 cat. s; solum secūda vice. tertia  
 aut ⁊ deiceps non: maxime si  
 nō ex contēptu. sed quasi non  
 reputās sibi possibile pl; illa  
 die ieiunae paratus ieiunare  
 si iā non fregiss; ⁊ patus alia  
 die intēg ieiunare p̄ illa. Se  
 cus si in cōtēptū. puta si oīno  
 frustra fregit. aut adhuc fra  
 cturus si non fregiss;. hoc ille.  
 de hoc dubia sunt apud docto  
 res. p̄sertim de affirmatiō nō ex  
 h̄ contēptu. **T**ercō nōndū scō;  
 eūdem thō. in materia de iura  
 mēto. 2. 2. ar. viij. **V**otū ex sua  
 racōe ē magis obligatoriu q̄  
 iuramentum. saltē p̄ximo p̄sti  
 tum. ut sic q̄ obligacō wti cā  
 tur ex fidelitate quā dō dēmus.  
 se; ut ei promissum soluamus.  
 obligacō aut iuramenti causa  
 tur ex reuerencia quā debem;  
 homini ex qua tenemur q̄ veri  
